



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die vigesima prima Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

norifice apud coniugem tumulatus. Idem autem ipse postea apparetis cuidam eius monasterij sorori dixit: Megengor ego dictus sum cum me corporis grauaret moles: at nunc vocabulo in melius commutato Megengaudius vocor, quandoquidem gaudijs fruor sempiternis. Hactenus ex Bertrada.

Plura vero de eo expetens ex Bonna responsum accepi, sancti Megengosi siue Megengaudij, a vulgo Mengo dicti, fundatoris Vileensis ecclesiae, & patris sanctae Aelheidis virginis & primae ibidem abbatissae festum diem siue natalem non celebrari, sed unicum eum habere suffragium, & unicam collectam in die sanctae Aelheidis. Et similiter aliás ter aut quater annuè, ad placitum Canonicarum & Canonicorum. Epitaphium ad sepulcrum excisum est in arcu deaurato,

Regum dulcis amor, patriæ pater, altor egentū,

Ecce Megengaudus hic tumulatus inest.

Scit seruare fidem diuino Gerbirga marito,

Quam mors non separat coniugis à gremio.

Hoc templum proprijs struxerūt ruribus ambo,

Felices quorum prædia præda Dei.

Cum quartus decimus sol voluitur ante horizontem

Ianum, tunc senior raptus ad astra fuit.

Die vigesima prima Decembris.

De S. Thoma Germanorum apostolo.

Sententia Wilb. Lindani episcopi primum Rurmondensis, postea Gandensis.

**N**atus beati Thomæ Apostoli. Qui Parthis & Medis Euangelium prædicans, passus est

M m 4 in In-

Decembris 22.

N A T A L E S

In exhortatione ad Hollandos,  
et aliis.

in India, ac non multo post translatus est Edissam.  
De hoc autem Apostolo varijs in locis monet Lindanus, si non perspicuum, saltem a verò alienum non videri, eum Germanis nostris Iesu Christi Euangelium prædicasse. Cùm id in catalogis suis attestentur Dorotheus episc. & martyr, Hieronymus, Sophronius, & Oecumenius. Vnde per Germaniam non rata sunt huius Apostoli orationia, ut Coloniæ, in Bruuyler, Leodij: imo & cathedrales ecclesiæ, Argentinensis, & secundæ huius Germania, Traiectensis. Quæ eum patronum suum profitetur, in picturis, in Litanijis Latinis & Graecolatinis, in festis, & in quotidiana commemoratione.

Die vigesima secunda Decembris.

De S. Hungero Frisio, episc. Ultraiectensi.

Ex Beccano historico Traiectensi, & vita s. Odulphi.

**V**NDECIMO CAL. JANUARIJ, depositio B. Hungeri epis. & confes. anno 866. De eo exstat celebre testimonium in S. Odulphi historia. Cùm enim clerus Traiectensis sede vacante animis vacillaret quem eligeret, B. Odulphus Christi sacerdos ostendit presbyterum B. Hungerum rultudiformem, attamen nescientibus hominibus, meritis insignem. Quem omnes elegerunt. Cuius sane tanta fuit virtus integritas, ut post VVillibrordum & Bonifacium sanctos episcopos, in illa sede nullus repertus sit, qui usque ad supremum vitæ diem excolendis virtutibus par illi fuerit.

Scribit autem Ioannes de Beke nesciri ubi hic episcopus, vir pius, regularis, prudens, & pacificus requiescat, eo quod Danorum austeritate a Sede sua propulsus fuerit. Illi enim Dorestadium vicum nominatissimum totius patriæ, in quo quinquaginta quinque parochiales fuisse dicuntur